

**5923<sup>a</sup>** <C. Asinius C. f. Gallus><sup>1</sup>, | C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | cos.<sup>2</sup> | ex s. c. termin.

**5923<sup>b</sup>** C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | <C. Asinius C. f. Gallus> | cos. | ex s. c. termin.

**5923<sup>c</sup>** C. Marcius L. f. L. n. | Censorinus, | <C. Asinius C. f. Gallus><sup>1</sup> | cos. | ex s. c. termin. | r. r. proximus cipp. ped. . . .<sup>3</sup>

**5923<sup>d</sup>** <C. Asinius C. f. Gallus>, | C. Marcius L. f. Censorinus | cos. | ex s. c. termin. r. r. prox. cipp. p. LIIIS. | Curatores riparum qui primi terminaver. | ex s. c. restituerunt<sup>4</sup>.

*Romae rep., cippi quattuor, primi duo a. 1891 extra portam Flaminiam (Notizie 1891 p. 165), tertius a. 1765 in alveo Tiberis e regione Ripettae, quartus (Notizie 1885 p. 347) in villa Farnesina (VI 3154<sup>e d f h</sup> omnes vidit Huelsen, tertium vidit etiam Henzen VI 1255<sup>e</sup>). Eiusdem generis cippi praeterea sedecim reperti sunt (VI l. c.). — 1) C. Asinii Galli nomen in omnibus his titulis erasum (cf. supra N. 97. 165) et postea restitutum. — 2) Consules fuerunt a. u. c. 746. — 3) Haec (inde a r. r.) alia manu postea adiectum (numerus pedum evanuit), ut in similibus titulis VI 3154<sup>1</sup>. — 4) Totus titulus uno tenore perscriptus item ut reliqui tituli similes VI 3154<sup>g</sup> (VI 1255<sup>f</sup>). 3154<sup>g</sup> (VI 1255<sup>m</sup>). 3154<sup>n</sup>, ut observavit Huelsen.*

**5924<sup>a</sup>** imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. XVII<sup>1</sup>, | ex s. c. terminavit, | r. r.<sup>2</sup> prox. cipp. ped. CCVI<sup>3</sup> (*in postica*) r. r. proximus cippus ped. CCV<sup>4</sup>.

**5924<sup>b</sup>** imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. XVII, | ex s. c. terminavit (*in latere dextro*) r. r. prox. cipp. ped. XXIV<sup>5</sup> (*in postica*) r. r. prox. cipp. ped. CCVI<sup>6</sup>.

**5924<sup>c</sup>** imp. Caesar divi f. | Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potest. XVII, | ex s. c. terminavit | r. r. prox. cipp. ped. XLI<sup>7</sup> (*in latere sinistro*) r. r. prox. cipp. p|ed. XXIV<sup>8</sup> (*in postica*) r. r. prox. cipp. p. !!!<sup>9</sup>.

*Romae rep. locis antiquis non multum inter se distantibus cf. not. 3. 5, cippi tres, in dextra ripa Tiberis, ubi locus dicebatur Prati di Castello, inter novos pontes Ripettae et Humberti (cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 450), cum alveus fluminis dilataretur anno 1890 (VI 3154<sup>k i h</sup> vidit Huelsen cf. Marchetti Notizie degli scavi 1890 p. 187. 84. 85). Cippi ita inscripti innotuerunt viginti duo (VI 1256. 31542). — 1) A. 747/8. — 2) Recto rigore (cf. N. 5922<sup>c</sup> not. 4). — 3) Hic numerus intervallum indicat ab proximo cippo superiore, id est a N. 5924<sup>b</sup>; in cuius postica idem numerus perscriptus est. Et distabat hic cippus a N. 5924<sup>b</sup> cum repertus est metr. circ. 60 (206 ped. Rom. = metr. circ. 61), teste Marchettio Notizie l. c. p. 187. — 4) Hic numerus remittere debebat ad proximum cippum inferiorem, qui tamen desideratur (inter cippos qui extant proximus fuit VI 31542<sup>1</sup>, cf. Huelsen Roem. Mitth. 1891 p. 133). — 5) Numeri in dextris lateribus cipporum ripae dextrae positi, iudice Huelseno C. I. L. VI p. 3110, remittebant, in locis angu-*